

maverunt quos tum consului non esse Britannicae originis; contra nuper Augustus W. Franks quamvis non constaret de origine, tamen probabiliter ad Britanniam ipsumque Mancunium eiusve viciniam referendum esse observavit. Unde hoc loco exemplum meum propono; lapis non magnus est, litteris fugientibus scriptus.

DIVI · SEP · SEVERI · ARABICI
 AAX · FILIO · DIVI · ANTONI
 POT · DIVI · ANTONI · PRONEPOTI
 ABNEP · DIVI · NERVAE

Patet Caracallae esse divi Sep(timii) Severi Ar[abici] cet. Britannici] max(imi) filio, divi Ant[onini] Pii Germanici cet. ne]poti, divi Anton[ini] Pii pronepoti, divi Hadriani] abnep(oti), divi Tr[ai]ani Parthici et divi Nervae adnepoti] cet.

1342 (inserenda post n. 238, p. 63).

Eburaci rep. a. 1871, not far from Monkgate, in the line of the road leading from the N. E. gate of Eburacum to Malton.

TRIBVS
 SVIS · MARCVS
 RVSTIVS · V · S · L
 MASSA · L · M

I. Kenrick misit imaginem photographica, unde descripsi.

[M]atribus suis Marcus Rustius Massa v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito).

Cf. n. 950.

Ad n. 253 (p. 65). Initio scribe MEM, non M.M. Ceterum E.C in fine, quod dubitanter proposui solvendum esse eius causa, fortasse ita solvi potest e(res) c(uravit).

1343 (inserenda post n. 253, p. 65).

Eburaci rep. a. 1872 in effossionibus institutis ad novam viae ferreae stationem erigendam, extra oppidi muros versus occidentem. Cippus anaglypho solito ornatus.

vir et femina in lecto recumbentes
 ante mensulam cibis instructam; femina s. calicem, vir s. volumen (?) tenet. Ad pedes adstat filiola

ÆLIA · ÆLIANÆ
 VIX · ANNI

I. Kenrick misit imaginem photographica, unde descripsi.

Ad n. 261 (p. 66). Arula fortasse posita erat d(eabus) m(atribus).

Ad n. 269 (p. 68). In adnotatione de Alfenio Senecione scribe Habitantensi pro Habitancensi.

Ad n. 276 (p. 70). Solve Nemesius, non Nemetius.

Ad n. 279 (p. 70). Numeri scribantur ita: p. C. 205/208.

Ad n. 287 (p. 71). Nomen curatoris in tituli v. 7 ita scribendum est:

FLA · MMV

SIO

non MMVSIO.

De Octavio Sabino Mommsenus dixit in ephemeride epigraphica a. 1872 p. 142 s.

Ad n. 302 (p. 74). V. 4 in lapide clare legitur

S · VAP

et BR litterae minores, ut dedi, superpositae sunt litterae v. Itaque primum solvi aut S(extus) V(alerius) Apollinaris, ut BR litterae ad nomen Genii pertinerent loci fortasse Br(ovonacensis), aut, si hoc minus probaretur, Subr(ius) Apollinaris; punctum enim post s litteram positum potest errore additum esse. Mommsenus haesit in s littera singulari pro Sexti praenomine posita, fortasse iniuria; sed fecit auctoritas eius ut ipso suadente scriberem, ut in textu est, S(eptimius) Apollinaris, neglecta prorsus v littera, quae clarissima est. Atqui neglexi eam certo iniuria; itaque altera ultra explicatio earum, quas supra dedi, restituenda, aut tertia eligenda, scilicet ut s littera ad loci nomen trahatur:

Genio loci S... V(m)br(icius) Apollinaris e. q. s.

Ubricius enim barbare scribi potuit pro Umbricius, ut scripta inveniuntur Noebres, Decebres similia.

Ad n. 303 (p. 74). In adnotatione Mommseni scribe Germaniae p(rovincia) u(triusque).

Ad n. 310 (p. 76). Vv. 10 et 11 legendum puto RO PIETATE AC DEVOTIONE COMMVNI (tradita sunt RO PIETATE · AED · VO · SOLNE COMMVNI) collatis titulis n. 322 v. 3 (pro PIETAE · AC · DEVOTIONE), 963 v. 6, 1002 v. 5. 6

1344 (inserenda post n. 327, p. 79).

Old Penrith. Lapis longus ped. 2 dig. 3, altus dig. 7 $\frac{1}{2}$, repertus ante annos circiter quindecim fere m. p. Anglicos a Plumpton Wall in praedio quodam Low Grounds dicto (of Mr. Holiday); ibi servatur supra portam stabuli muro infixus.

DM · AELIVS · VIXIT ANNIS
 XI · AVO · PATE · PIENTISSIMVS
 TAM · SIBI · QVAM · ET · FILIO SV
 O · POSVIT ·

Bruce misit a se descriptam accurate.

D(is) M(anibus). Aurelius vixit annis XI. Avo pate[r] pientissimus tam sibi quam et filio suo posuit.

Ad n. 333 (p. 80). Arula servata in Kirkbride Glannibanta provenisse putanda est teste Brucio lap. n. 530; unde inserenda potius erat ante n. 949 (p. 165).

Ad n. 335. Unde provenerit etiam Brucius ignorat.

Ad n. 346 (p. 82). Titulus ita fortasse solvendus: I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et Vik(anis) ... vik(ani) Mag ... , ut Mag ... nomen fuerit vicianorum illorum. Cf. titulus agri Mediolaniensis C. I. L. V, 5716 Matronis et Vicanis C. Sexsticius Carbasus.

Ad n. 350 (p. 82). In fine potius scribendum Augustanus quam Augustinus.

Ad n. 351 (p. 83). V. 4 in fine CVR non necessario emendandum in C.V.C, ut proposui; nam ita solvi potest: sub ... leg(ato) eius, cur(ante) ... praef(ecto) alae Aug(ustae).

P. 85. Cohortem I Hispanorum, ut dudum observatum est, Aeliae cognomen non ab ipso Hadriano sed postea demum accepisse, etiam tituli Uxellodunenses probant (n. 370—385. 398) comparati cum Netherbiensibus (supra p. 165). Quaeritur autem num recte Henzenus (annali